

Adnotationes quaedam in Caput IV, Primae Partis, schematis
"Constitutionis Pastoralis de Ecclesia in Mundo huius temporis",
a Cardinali Radulpho Silva H., Archiepiscopo S. Jacobi in Chilia, propositae.

Caput IV

ad num. 49

p. 38, l. 21 - post "congregentur in unum". aggregetur sequens pericopa:
"Post Adae peccatum ita dispersi erant homines ut in dies ab unitate, sive individuali sive collectiva, misere decederent; eorum enim vita, ob intimae cum Deo unionis privationem, luctu et angore afficitur, atque eorum historia inter acerbis discordias et horrendas belli devastationes decurrit, dum universalis inter eos coniunctionis ardua problemata nimis difficulter enodari possunt. Ecclesia, ergo, ipsa est veluti sacramentum....."
Ratio: ut clarius explicitentur ~~causae~~ peccati consequentiae, quae revera constituunt rationem fundamentalem praesentiae Ecclesiae Christi in Mundo eademque peculiaris missionis salvatricis.

Indicanda omnino est nota soteriologica Ecclesiae.
p. 38, l. 34 - mutetur initium phaseos hoc modo: "Credientibus Ecclesia tradit Dei Revelationem, quae non apparet tanquam...."
Ratio: sic verior evadit affirmatio.

ad num. 50

p. 39, l. 7ss. - Iste numerus transponatur, uti iam diximus in observationibus pertinentibus, ad precedentis caput, post numerum 41. Ad hoc bene faciendum supprimatur prima phasis paragraphus, scilicet:
"Ex eo quod..... humanae historiae efficitur."

p. 39, l. 23 - Supprimatur tota linea "Ex hac doctrina..... eruuntur."
Ratione translationis uti iam diximus.

ad num. 51

p. 39, l. 37 - post "spectantibus" ponatur virgula, et supprimatur "Quapropter disciplina eius," ita ut evadat unica phasis hoc modo:
"...ad rem sociale[m] spectantibus, et licet certas..."
Ratio: ad simplificandam et clarificandam affirmationem.

p. 39, l. 39 - substituatur "accommodatur" per "aperta est".
ne subrepat suspicatio opportunismi.

ad num. 52

p. 40, l. 18 ss. - Transponatur totus numerus ad precedentis caput, uti iam explicavimus, post numeros 41 et 50.

Ad hoc bene faciendum mutetur initium paragraphus hoc modo:
"Consecrarium haud parvi momenti ex hac inclusione totius...."

p. 41, l. 17-18 - Partialiter mutetur ultima a linea paragraphus sequenti modo:
"Gaudeant potius christiani, exemplum sequentes Christi, qui fabrillem artem exercuit, se omnes suas navitates terrestres exercere posse, in unam "synthesim" vitalem concordando conatus humanos "professionales", "scientificos", "technicos", "cum bonis religiosis", "sub quorum altissima ordinatione omnia in Dei gloriam cooperantur."

Ratio: ut vitetur sensus alicuius dicotomiae inter activitatem temporalem et vitam religiosam.

~~ad~~ ad num. 53

p. 41, l. 25 - Post "competunt," addatur: "(cf. Caput IV Constitutionis De Eccl.)."

p. 41, l. 26 - substituatur "saepe" per "interdum", dialogi causa.